

P V I S



1 6 0 5



DVÆ ECLOGÆ

IN HONOREM  
CONIVGII, ILLVSTRIS.

SIMI PRINCIPIS AC DOMINI, DO-  
mini IOACHIMI ERNESTI, Principis An-  
haltini, Comitis Ascaniae, Domini in Serueto,  
Bernburgo &c. Et Illustrissimæ Principis H E-  
LIONORÆ, Filiae, Illustrissimi Principis ac Do-  
mini, Domini CHRISTOPHORI, Ducis  
Vuirtenbergici & Teccij, Comitis Mom-  
peligardi &c. piæ & sanctæ memo-  
riæ &c. Sponsæ.

Autore

M. BARTHOLEMÆO FRENCELIO  
Ludimoderatore Bernburgensi.



VVITEBERGAE

EXCVSAE IN OFFICINA LAU-  
rentij Schuuench.  
ANNO. M. D. LXXI.

Innerrimo Viro, vera pietate, sagienzia, & virtute præstanti, D. Thomasi  
Gotho, Consuli Reipublicæ Bernburgensis fideliss. doto, fautori & compatri-  
suò colando, auctor edit.



VOTVM SCHOLÆ BERNÆ  
BURGENSIS:

PRO FELICI ITINERE,  
CONIVGIO, ET REDITV, ILLV.  
strissimi Principis ac Domini, Domini IOACHIMI  
MI ERNESTI, Principis Anhaltini,  
Comitis Ascaniae, Domini in Seruesto,  
Bernburgo &c.

Chorus Scholasticorum.

CHRISTE, salus mundi, summi Patris inclyte fili  
Qui mundum certis solus moderaris habenis:  
NOS mundi fines, nos hæc contingimus arua,  
Nos terram hanc colimus: TV CHRISTE, colamus ut illam  
Læta, pace, TV das nobis dogmata VERBI,  
IVSTITIA has terras imples, has PACE serenas,  
Atq; PATREM PATRIAE, lugentem cara suorum.  
Funera, RESPIRARE DOCES, & sistere fletus:

CHRISTE salus hominum, summi Patris unice fili.  
Tu pia tu nobis facis hæc facis ocia nobis.  
Namq; utrumq; potes: das uulnera, uulnera sanas.  
Orco demittis, rursumq; reducis ab Orco:  
Et tamen es nobis semper DEVIS, atq; Sacerdos,  
Sanguine sponte tuo sanctam Crucis imbuis aram,  
Ipse pias audire preces, ut cernimus, ardes,  
Et facis ut genitor tuus has quoq; pondus habere.  
Fundere si uolumus, patrio permittat amore.

CHRISTE Dei fili, nostræ spes unica uitæ,  
Non equidem tibi, debemus quas soluere, grates  
Soluimus, at grates, grato quo possumus, ore  
Soluimus, & grati tua munera, præstita nobis

A a

Tam

baf  
Tam sacra miramur magis : an nōn undiq; totis  
Turbamur agris : annon DVX IPSE, tenellos  
FILIOLOS inter, tristissima funera FRATRIS,  
CONSORTIS thalamiq; æger multo imbre rigabat.  
An non ducebant fletus, Rhambusq; & Anhaltus?  
Attamen hos inter fletus, suspiria & inter,  
Spem nobis AVRAE MELIORIS, Christe, relinquens.  
IPSE DVCI NOSTRO, fortis Ducis ipse misertus,  
CONSORTEM rursus, de sanguine stemmatis alto  
VVIRTENBERGIACI natam, læto omne, læto  
Fœdere conciliaq; si mens non nostra loquetur  
Sæpius ista, ( sacras memini hoc prædicere leges)  
Sæpè sinistra prement nos fata, miserrima fata :  
Sæpè loquamus ut hæc, IESV, da maxime nobis.

CHRISTE Dei soboles, nostræ spes una salutis :  
ORAM, quam monstras, iam uisere maximus Heros  
Molitur : monstrata sequi loca nonnè putaret  
Cœlitus : HVIC rectas da possit tramite recto  
Ire uias : HVNC CHRISTE, tui statione ministri  
Inuicta excubijs cingant, absoluat ut illud  
TVTVS ab insidijs cunctis iter : ô benè TVTVS,  
Quem TVA DEXTRA regit placide, ceu sæpè uidemus  
Pastores ouium placidos ducere cœtus.  
SIC TIBI FIDENTES, sic agmina sancta tueri  
Nosti, sic placide miseris succurrere nosti.  
Verum tantum ipsis Stygijs inuidus inuidet Anguis,  
Quantum sæpè solet teneris Lupus horridus agnis.  
Nam quæ tanta tibi, IESV, sit cura regendi  
Sanctorum gressus, pulchra sub imagine monstrat  
ISACIDES : an non fugientem immania fratris  
Arma regis, gestas patrijs & contingis ulnis?  
Te SOLO aliger os iuuenes DANTE aspicit alta  
In scala, ascensi superantes sidera cœli,  
Irriguus postquam languentem somnus habebat.  
Aspicit hos : quin IPSE astas in uertice summo  
Scalæ, quin placidis solaris uocibus ipsum.

Postquam

At mihi cantanti vires modo suggestat ille,  
Quem mea carminibus ueneratur fistula, FLATVS.  
Si credis, DEVS ILLE SACER, iuuat ille Poëtas  
Numine sacrato Deus: hoc IESSEIA PROLES  
Ipsa fateris, & absq; Deo nil posse fateris.  
Cantando tu illam? nunquam tua fistula spurcis  
Iuncta erit, aut rebus foedis addicta, solebit  
Immundo stridore bonum disperdere carmen.  
Si placet ergo tibi, nostrum quid possit uterq;  
Experiamur, AMAT DEVS hæc certamina casta.  
Experiamur: EGO, ut primam fabricator Olympi  
Condiderit sponsam, memorabo, & ut uxor ADAMVM  
Venerit ad sponsum: TV bino corpore in unam  
Ceu iuncti fuerint carnem, quod pignore certo  
Propagent genus humanum per tempora uitæ.  
Quin age, nulla mora est in me, cunctatio nulla.  
De PRIMA GENITRICE feram, quæ ferre licebit:  
Est mihi nanc; horum MOSES, est pagina sacra  
Testis, bis repetunt isthæc miracula Tonantis:  
Verum id, quamvis acie sublimius omni,  
(Diuinare libet) paucis exponere par est.  
EVA, Creatoris diuinum opus omnipotentis  
Ex costa fabricata Viri est, dormiret in herbis  
Dum lætis, cerebro fluidos operante uapores  
Mox partem vacuam repleuit carne Creator.  
Atq; EVÆ forma præstanti uestiit artus.  
Iamq; in mundo aderant duo pectora, Virq; uiragoq;  
Aequarent certis totum quæ legibus orbem:  
Pectora, quæ Pontum, loca quæ Telluris haberent.  
Terra nec his unquam renuit, sed subdita seruit.  
In Paradiso idem genitor DVO PECTORA IVNXIT, Terp.  
Et storgis circum est mentes amplexus amicis.  
Orbis & in medio posuit, quod semper haberent  
Piscesq;, genus omne auiumq;, ferasq; sequaces,  
Vlla nec his fera pugnauit, sed subdita seruit.  
Spectet ad hæc si quis, nihil est, quod laudet amores.

Terp.  
Tha.  
Terp.  
Tha.  
Terp.  
Tha.  
  
*quænamvis*  
Turpes.

- Tha.** Turpes, quin castos potius laudabit amores.  
 Non pœnam effugiet, ueniat quocunq; proterius,  
 Audeat incestus in castis addere, tetricis  
 Aeternumq; DEV’ Muitis, & labe lacestat,  
 Efficiet posthac, ne sese labe lacestat.  
**Terp.** At pœnam effugiet, ueniat quocunq; pudicus,  
 Audeat hic castus castis modo nectere casta,  
 Efficiet posthac, ut se plus ore lacestat.  
 Sed uenit ecce uenit Vatum pater, augur APOLLO,  
 Ille, reponamus, quæ dicet, sensibus iunis.  
**Ap.** PLAYDITE, quandoquidem spaciofa per atria dulces  
 Cessarunt strepitus, & facta silentia tectis :  
 Et nunc DVX omnis, nunc nobilium chorus omnis,  
 Nunc gaudent MVSAE, gaudetq; ignobile Vulgus :  
 Incipe Terpsichore, tu respondeo THALIA,  
 Vos castis dicetis, amant casta omnia casti.  
**Terp.** A PATRE principium summo, patris omnia plena,  
 MVSAE, amat hic castos, huic uincia ingalia curæ,  
 Hos & CHRISTVS amat, CHRISTO sua semper ab illis  
 Munera sunt, GRATES, & suave sonans QVERVLVM COR.  
**Terp.** Sponsa petit templum, Heroum stipante caterua,  
 Et fugit ad superos, ibi se cupit ante uideri.  
**Tha.** Ast offert illi sese ultro Maximus HEROS,  
 Ut iam nota uiris sint hæc connubia cunctis.  
**Terp.** Sunt TVA, summe DEVS, sunt FOEDERA : namq; probasti  
 Ipse torum, crassæ quando incep. re paludes.  
**Tha.** Quod poteras, CANAAE ex lymphis facis optima Vina,  
 IESV, sic thalamos ornas, sic foedera firmas.  
**Terp.** O quoties, & quæ de hoc foedere sacra locuta est  
 Pagina, Christiades, castas referatis ad aures.  
**Tha.** Quid prodest, quod SOLVS HOMO est : faciamus Adamo  
 Sponsam, quæ sectetur eum, quæ foedera seruet.  
**Terp.** Hanc tibi mitto DEVS, NOSTRVM est HAEC MVNVS Adame,  
 Quam tibi quam feci sociam CRVCIS ipse Creator.  
**Tha,** Hanc ego amo ANTE ALIAS, de nostris ossibus est os,  
 Fœmina & hinc merito nomen sortita uirago est,

O home

- O hōnō, mitte patrem, tuus est amor unicus Vxor,  
Hanc ut ames patrijs pro sedibus, ipse uenito.  
Qui sapis ante alios, ne ne disiungere tentes,  
Queis, longum MENS VNA MANE, mane, inquit IESVS.  
Triste ensis spurcis: SODOMITIS sulphuris imbræ.  
Excidium PHRYGIIS: primis mortalibus undæ.  
Dulce salus CASTIS: IOSEPHO sc̄eptra secunda.  
Fama bona ABRAMIDAE, Diuūm uindicta SVSANNÆ.  
CHRISTVS amat sponsam, quamuis sit sœcia sponsa,  
Mortales sponsæ quoq; amorem pascite Vestræ.  
CHRISTVS sponsæ affert SVA GAVDIA, fert MALA sponsæ:  
Tu quoq; spōse, feras MALA sponsæ, COMMODA sponsæ.  
HANC CHRISTVS defendit, eam defendere gaudet,  
Illi mella fluunt à CHRISTO, spesq; fidesq;.  
Qui sponsam non curat, amet multo angue comantes,  
Atq; idem iungat Scyllas, & mulceat Hydram.  
Qui canitis Diuos, Diuisq; placentia Vota,  
Sit torus ut, MVSAE, bonus hic, uota addite Votis,  
Pergite, & hanc CHRISTO concredite: quam benè CHRISTO  
Creditur, in CHRISTO genitor vota om̄ine firmat.  
CHRISTE, nouos thalamos, ut tanti stemmatis hæres  
Floreat, IPSE BONVS fœcunda prole beabis.  
CHRISTE, fac, ASCANIAE domus ut tibi limina pandat  
Hospita, sic tanti florebit stemmatis hæres.  
CHRISTE, RESVRGENTI TIBI surge, tibiq; PARATO,  
Sic benè SVrgentis tibi nomen & omen habebit.  
CHRISTE fac, ut faueat SOL ORAE tempus in omne  
HVIC ORAE, & placidum benè nomen & omen habebit.  
CHRISTE, tori casti facer es qui fautor, adesto:  
Idem amor ERNESTO fit ut, idem amor HELIONORÆ,  
Castus amor causa est omnis boni, & omnis honesti.  
Nescius obscœni, multos qui fascinat, æstus.  
Dic quibus in gemmis, (Phœbo mihi maior & esto)  
Vis lateat ueritos fugiendi serius ignes.  
Dic quibus alitibus SOCII VESTIGIA AMORIS  
Insita cernantur, palmam uel tola teneto.

Terp.

Tha.

Dic quibus

- Terp. Dic quibus in terris FERA, CERVI cornua querens,  
Floreat, aurato diademate, torque decora.  
Tha. Dic quibus in terris PISCES, undæq; marisq;  
Pertæsi, uixisse FERIS cum FORTIBVS optent,  
Non uestrum thalami cunctas exponere laudes :  
Non etiam nostrum, mysteria soluere tanta :  
Apo. Et Lauro tu digna, atq; hæc, & quisquis amores  
Diligit aut castos, aut uoce celebrat : AMORES  
Plenius HOS olim supera dicemus in aula.  
Desine, MVSA, sat est, thalamos sat plectra notarunt :  
Desine, decedens Phœbus iam duplicat umbras,  
Desine, dat CHRISTVS thalamis, quæ plectra notarunt.

F I N I S.



7f 4600

ULB Halle  
003 299 04X

3




St.

107





# Farbkarte #13



B.I.G.

LXI.

60

DVÆ ECLOGÆ

## HONOREM VGLI, ILLVSTRIS.

INCIPIS AC DOMINI, DOCHIMI ERNESTI, Principis Anmitis Ascaniae, Domini in Seruesto, &c. Et Illustrissimæ Principis H E. Filiæ, Illustrissimi Principis ac Domini CHRISTOPHORI, Duciis nbergici & Teccij, Comitis Momeardi &c. piaæ & sanctæ memoriæ &c. Sponsæ.

Autore

THOLEMÆO FRENCELIO  
moderatore Bernburgensi.



## VITEBERGAE

VSAE IN OFFICINA LAV-  
rentij Schuuenck.

ANNO. M. D. LX XI.

vora pietate, sapientia, & virtute præstanti, D. Danieli  
e publica Bornburgensis fidelijs. doto, fautori & compatri  
suo colando, auctor ~~doto~~.